

CANONES CONCI LII PROVINCIALIS COLONIENSIS.

SUB REVERENDISS. IN CHRISTO PATRE

D. HERMANNO S. COLONIENSIS EG

CLESIAE ARCHIEPISCOPO ETC.

ANNO M D XXXVI

CELEBRATI.

ITEM ENCHIRIDION CHRISTIA
NAE INSTITUTIONIS OPVS OMNIBVS
CHRISTIANAE PIETATIS CVL
TORIBVS LONGE VTI
LISSIMVM.

*Diligentiam, qua nos in operis cattigatione usi sumus, prudens
lector per se ipse facile (si uole) animaduertet.*

Indicem in calce querito.



VERONAE;

APVD ANTONIVM PVTUL

LETVM. M D XLI.





ERMANVS DEI GRATIA SANTAE CO

lonieni ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Romani Imperii
per Italiam Archicancellarius, princeps Elector VNe
stualiæ & Angariæ dux, sacrosanctæ Apostolicæ sedis

Legatus natus, ac Administrator ecclesiæ Paderbornen. &c. uniuers.
so clero ac populo prouinciae nostræ Coloniensis, salutem in do-
mino sempiternam. Inter innumera huius calamitosæ tempesta-
tis aduersa, quibus iusto dei iudicio premimur, nihil ita ex eo po-
tissimum tempore, quo nos deus optimus, maximus, licet indignos,
administrator episcopalis functionem uocare dignatus est, animum no-
strum tortit, q̄ quod uidemus ecclesiæ nauiculam, velut indormien-
te ipsius Nauclero Christo Iesu, in mediis constitutam fluctibus, turbu-
lentissimarum procellarum impetu, iam nimium diu summo cum rei
Christianæ periculo iactari, nec interim in tanta rerum desperatione la-
borantibus, ullum alicunde salutis portum, in quem se tuto recipiat,
Christi nauis uel de longinquo adfulgere. Nam q̄ aliquot abhinc annis
pleraque remedia tentata sint, id nos discruciat magis, quam animaduer-
timus hactenus pene nihil actum, sed omnino frustra laboratum esse.
Et quis, quæso, tam stupidus est, qui non sentiat omnem conatum no-
strum idcirco irritum atque inanem fuisse? q̄ huc usque nec syncera in-
deum fide, nec unanimi uoto indormiscentem dominum ardentibus
precibus inclamauerimus, sed incredulitate torpentes, ac corruptissimis
animorum affectibus, studia in contraria currentes non respexerimus
toto corde in eum, qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onera
tis, & ego reficiam uos. Neq; enim ille uel immemor est promissi uel
manus eius abbreviata, ut saluare non possit, qui nō derelinquit omnes
sperantes in se, sed iniquitates nostræ disuiserunt inter nos & illum, atque
utinam iam tandem resipiscentes studeamus, repurgatis per dei miseri-
cordiam mentibus nostris, uel tantillam fidē a domino impetrare, quan-
tula Apostoli prædicti erant, quum in mari intumescenti comprehensi,
dominum pariter accesserunt, atq; in cœnicali reclinantem fuscitarunt,
in clamantes: Domine, salua nos, perimus. Quæ ut tum nō satis integra
fuerit, q̄ uicissim audirent, Quid timidi estis modicæ fidei? tanta tamen
fuisse prohibet, ut Iesus ille seruator excitatus ac surgens, imperaret uen-
tis & mari, adeo ut statim subsequuta sit tranquillitas magna. Quā in-
ferior ergo illa, licet modica, unanimi tamen discipulorum fide, nostra
erga deum fiducia hactenus fuerit, quam indignos gratia dei pro Apo-
stolis, quāq; adhuc rudibus, nos hucusq; præstiterimus, res ipsa actio-
numq; nostrarū euentus satis superq; declarat. Quid enim tot comitiis,
tot conuentibus, tot deniq; cum priuatis tum publicis consultationi-
bus super componendis hisce fluctibus, non semel habitis, aliud effectū

est,

DE MVNERE EPISCOPALI.

OFFICIVM EPISCOPI POST VERBI PRAE-
dicationem consistit potissimum in impositione ma-
nuum, & uisitatione ecclesiarum.



PISCOPI MVNVS IN DVOBVS POTISSIMUM consistit. Primum, in impositione manuum, quae est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum. Deinde in uisitatione diocesos. Vtunque beatissimus Apostolus ad Titum, dilectum filium, Cretæ Episcopum scribens, complectitur. Huius, inquit, rei gratia, reliqui te Cretæ, ut ea quæ defunt corrigas, & constitutas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Alterum uero idem Apostolus, cum a Mileto discessum maturaret, profecturus Hierosolymam, ac certus quod amplius haud uisurus esset facie eorum omnium, per quos transiuit, prædicans regnum dei, uocatis illo ad se ab Epheso, ecclesiæ presbyteris apostolica uerbi uocatio inculcat, cum ait: Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere ecclesiæ dei, quæ acquisiuit sanguine suo. Et quoniā scio, inquit, quod intrabunt post discessionem meā lupi rapaces in uos, non parcentes gregi, & ex uobisipsis exurgent uiri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se, propterea uigilate. Cui muneri, ut ambo illa apostolici ordinis eximia luminaria, nimirū Petrus, ac illius collega Paulus, satisfecerent, alter transiuit & inuisit uniuersos, alter perambulauit Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesiæ, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorū, nimirū non tantum uerbo, sed & exemplo, Episcopos cōmōnentes, ut qui speculatores in dei ecclesia constituti sunt ac appellantur, prouinciae libi mandatae, uigilantissime intendat, fidem, conuersationē, mores & uitam singulorū explorent, examinentq; ac prouideat, ne alicuius quis in ea uocatione, ad quam a deo uocatus est, torpescat.

Titum. f.

A&to.10.

A&to.9

A&to.15.

DE IMPOSITIONE MANUVM, QVAE EST ORDINUM ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum. Cap.I.



Mpositio manuum est ostium, per quod intrant qui ecclesiarii gubernaculis admouent. Proinde quia eiusmodi ostium diligenter custoditum non est, factū est, ut tanta mala quæ sentimus agminatim in ecclesiā dei irruperint. Huius ianuæ uigilantissimi custodes fuerūt Apostoli Christi, & quotquot ipsis successerūt apostoli Concilii Colon.

B

INSTITVTO COM⁴⁹ PENDIARIA DOCTRINA E

CHRISTIANÆ, EX CONCILIO PRO-
VNCIALI COLONIENS.

11 GAVR 21 GAVR. PATER. VTRVM MVM IN NO. MEO, DVIAT. VOTR.



11 GAVR 21 GAVR. TITUS MAG. ET BIBIAS.

VERONAE, 12 QVADRAGE

APVD ANTONIVM PVTEL
LETVM. M D XLI.

G

INSTITVATI O COM

E CREDITIS IN DEVU, ET IN ME CREDITE

CHRISTIANE, EX CONCILIO PRO

SI QVIS SIT, VENIAT AD ME ET BIBAT,



SI QVIS DILIG. ME, MAND. MEA SERVAB.

EX VENATIONE GUDA
PENTAM. MDXXI

FORMVLA AD QVAM VISITATIO INTRA DIOECESIM COLONIENSEM EXIGETVR.

Adiiciuntur huic formulæ Canonum ferme omnium Argumenta
Cœcili prouincialis Coloniensis dudum celebrati, quibus pau-
cis elicuntur, quænam in illisipsis (brevis in lucem
prodituris) ad longum continentur.

Anno M D XXXVI. Mens Octob.



Verona Apud Antonium Putejctum,

M D XLI.

CAP. CONCILII PROVIN. COLONIEN. A.D.

- | | |
|---|----|
| Quid agendum in synodo episcopalii. | 18 |
| De synodis Archidiaconalibus ac ruralibus. | 19 |
| Officiales Archidiaconi & Decanos rurales, viros graues esse oportere. | 20 |
| Synodi Archidiaconales antiquitatem quandam prae se ferunt. | 21 |
| Abusus in synodorum Archidiaconalium ac ruralium observationem. | 22 |
| Inter uisitandum abusus corrigendi. | 23 |
| Procurationem suo officio recte fungentibus pendere aequum esse. | 24 |

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
 AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP/
 QQ RR SS. Q.Q. Duernius, Cæteri Quaternius.



Veronæ Apud Antonium Putellatum.

M. D. X. L. I.

